



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Professus exiens claustrum cogitur redire

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Secundo notandum, littera loquitur hic de apostatis. Unde apostata sic definitur. Est temerarius recessus a statu fidei obedientie vel religionis. Unde triplex est apostata. scilicet a fide, ab obedientia, et a religione. A fide dicitur aliquis apostatari quando dimittit catholicam fidem et adheret fidei hereticorum vel aliorum infidelium. Ab obedientia dicitur aliquis apostatari quando facit quod contra dei vel canonicis precepta. Et ista apostasia commiserit ad aliam et eam quam fecerunt contra dei preceptum. Tercia apostasia est a religione, et est quando aliquis religionem exiit post professionem factam, et de tali apostasia loquitur hic textus. Unde primi apostate de facto sunt excommunicati, et non solum illi, sed etiam eis adherentes, sed secundi apostate non possunt prohibere testimonium in multis, tertijs quibus receperunt sacros ordines tamen non possunt ministrare in suis ordinibus nisi facta dispensatione.

talis monachus post hoc

Si fugit ex claustrum laycus conuersus, et inde
.i. praxerit mrimoniū s^c viro
Duxerit vxorem, cum crimen constat, ab isto
mulier .i. iterū intret s^c suū
Hec eat, et repetat correctus apostata claustrum

.i. si fecit p^fessionē .i. matrimonii
Si fuerit sua nota professio, coniugium stet
s^c p^fessionē .i. monachū et vxorē

Si nullam fecit, tamen illos equa voluntas
.i. diuidit .i. p^rinēter scz ambobz
Separat, vt caste viuant iniungitur istis

Nunc autor determinat de monachis fugitiuis laycis et quersis dicens si aliquis monachus quersus fugerit ex claustrum et duxerit vxorem, et vxor intelligeret eum esse monachum fugitiuum, tunc ipsa debet eum relinquere et inducere quod redeat ad claustrum, et ipse e conuerso intrans claustrum debet corrigi a superioribus monasterij, et debet manere in isto. Si autem sciat quod ipse exiit claustrum ante professionem, vt in anno pbatōis, tunc talis quersus potest manere in matrimonio cum vxore sua, nec tenetur redire ad monasterium.

Primo notandum, quod quersus exiens claustrum post professionem et annum pbatōis, talis debet cogi redire ad claustrum suum, et debet per dignam penitentiam per tali excessu agere. Si autem ante professionem exeat et ducat vxorem, potest cum illa manere, quod nodum ligatus est ad claustrum, tamen si vxor sua admittere voluerit ambo caste viuere possunt, si non possunt reddat mutuo debita.

Secundo notandum, ex quo in p^rincipio ista sicut in p^recedentibus habitum est de mrimonio, tunc est sciendum quod triplex est bonum matrimonij, scilicet fides, sacramentum, et p^res. Primum bonum est fides, quod ibi est indiuisibilis coniunctio animarum et corporum. Secundum bonum est sacramentum, quod ibi nullum diuortium debet celebrari. Tercium est bonum, plis, scilicet ad cultum dei. Et propter hoc fit triplex coniunctio in matrimonio. Primum ibi fit coniunctio singularis, quod solus vir coniungit mulieri, et propter istam singularem coniunctionem oritur bonum fidei, quod inter duas personas est vna dilectio, sed si tertia supervenerit statim remittitur dilectio. Secundo, est ibi coniunctio indiuisibilis, et ex hoc est ibi matrimonium quod est sacramentum. Tercio

q. iij.